DEDICATIO OPERIS.

Hęc tibi ſancte pat̃ deuote mūera trado.
  Quę tu dignanter qualiacumq; cape.
Tu decus es noſtrum doctor ſummuſq; ſacerdos.
  Dux ſacer. & princeps. lux. via. paſtor. honor.
Nam quia tu templum dedicaſti martyris almi.
  Per ſeruum donum hoc martyr & ipſe dedit.
Nam eſt nonus decimus octingenteſimus annus.
  Ex qua ſaluator uenit in arua pius.
Qui te perfectum tribuat. faciatq; beatum.
  Inſerat & lętum cœtibus angelicis.
Abbas namq; meus. ueſterq; fidelis amicus.
  Aegit & hęc uoluit reddere dona tibi.
Se totum atq; offert. ſuaq; omnia ſponte miniſtrat.
  Quem tecum ſummus ſaluet in arce deus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf